



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXXIV. Fidei Praxis, eiusq[ue] neceßitas, sanctoru[m] Patrum auctoritate
rationibusque ostenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

rendimus, videbimus sane nos non ad ratio-
nes diuinas abripi, sed diuinas ad nostras per-
trahi: nosque parum sollicitos quam recte res
trahatur, modo quæ nostra sunt curemus & ob-
tinemus.

C A P. XXXIV.

*Fidei Praxis, eiusque necessitas, sanctorum
Patrum auctoritate rationibusque
ostenditur.*

Q Vam familiaris fidei vsus nobis esse
debeat, sancti Patres multis expref-
erunt: atque in primis Clemens Alexandrinus
fidei non minus nobis esse commenda-
tam, quam omnium elementorum vsum. *Ve-*
ritas nec absque fide licet asequi cognitionem. Neq;
enim spiritualium rerum notitiam atsequemur
nisi fide familiariter vtamur; & æque quidem
familiariter atque aqua & igni, aliisue elemen-
tis, quibus corpori necessaria comparamus.

D. Chromatius comparat opera nostra am-
bulationi nocturnæ: quam nisi lumen præce-
dat, periculo nos magni casus errorisque expo-
nimus. *Lucerna, ait, corporis, sensus mentis, & fides
cordis intelligitur: quæ si in nobis pura & lucida fuerit,
sine dubio omne corpus nostrum illuminat. Idcirco au-
tem lucerna in comparatione fidei ponitur, quia sicut
lucerna incedentium in nocte gressus illuminat, ne aut
in foveas, aut in offendicula quæque ambulantes incur-
rant: ita & in hac seculi nocte splendor fidei omnes vitæ*

Ooo

nostræ

*Vsus fidei
quam no-
bis esse fa-
miliaris de-
beat, ex Pa-
tribus de-
claratur
variis si-
militudi-
nibus.*

1.

*Lib. 2 Strö.
sect. 4.*

2.

*Conc. in c 5
Matthæi,
tomo 2. Bi-
blioth. SS.
Patrum.*

*Fidem no-
ste lucere
ambulan-
tibus.*

nostra gressus, præcunte lumine veritatis, illuminati
aut in foueas peccatorum, aut in offendicula diabolica
cidamus.

3.

*Serm. 12. de
Græc. af-
fect. cur. in
princ.*

Theodoretus comparat fidem radici arboris; ex qua rami prodeunt ac nutriuntur: inquisitioni scientiæ: quæ non prodest, nisi etiam
uti velit. Sicut, inquit, arbores suis radicibus nutriuntur, & ab eis alimentum percipiunt: & iterum rami
folia, fructus ornant radicem: & radix inutilis esse non
hæc adessent: ita fides semper ornata est operibus: ut
ut qui picturam vel sutoriam artem perdiscunt, ut
lum, ut earum rationem teneant, dant operam: sed
to magis suis manibus exercent: sic moralis prædicationis
hoc est, Evangelica doctrina, non tantum discendæ
eam sciamus, sed verbis, moribus, & vita exprimat.

4.

*Hom. 17.
in epist. 1.
ad Tim.*

Chryostomus vult nihil salutare inueniri
posse, nisi fidei operatio concurrat. Neque enim
inquit, si quis clausis oculis querat, inuenire poterit:
sicut item, si apertis illis seipsum humo obrutus
uersatusque solem ibi inquirat, inuenire aliquando
quaquam poterit. Adeo sine fide nihil inueniri poterit
eaque absente pugnas nasci necessario contingit.
ille, ut, qui querit scientiam, si iudicio suo
procedat, superbiam fastumque; potius quam
ram scientiam inueniet: qui honores querat
fidei subsidium non adhibeat, ambitionis
abripietur: si quis querat diuitias, & rationem
suis fidem non adiungat, in avaritiæ laqueo
currat, & in desideria multa inutilia & nocua
mergunt homines in interitum.

1. Tim. 6.

5.

Homilia

Duo alia emolumenta Praxeos virtutis
ius adfert auctor Operis imperfecti: alterum
quæ

quod arres dæmonis detegantur; alterum, quod ^{40. in Mat.} ^{thausm.}
 mali ex eminenti loco eius machinas euerta-
 tus. Sicut inquit, in turri consistentes duo bona con-
 spiciuntur; & hostium irruptionem ipsi facile non pa-
 untur. & hostes de turri facile conterunt: sic & qui in
 fide Christi consistunt, vel in lege Dei, & demones su-
 per illos irruere non sinunt, & spiritualibus bonorum
 militibus eos facile vulnerant.

Denique Ambrosius vnico fidei exercitio ^{6.}
 victoriam contra hostes adscribit. Cito, ait, fides ^{In Ps 118}
 exercitata languescit, & crebris otiosa tentatur in- ^{Beati im-}
 commodis. Remissas excubias callidus insidiator irrum- ^{maculati;}
 pt, assuetum autem bello virum externa fraus instruit ^{in octonar.}
 & gloriosæ prouehit palma victoria. Pax ergo fidei, ^{11. ad vers.}
 inrupta materia est. ^{Omnia præ-}
 cepta tua

Accedit ratio, quod impossibile sit ten- ^{veritas.}
 tationibus resistere sine gratia Christi: nullum ^{Ratione}
 vero opus ex gratia Christi efficitur sine fide, ^{probatur}
 quæ mentem eleuat ad cognitionem superna- ^{fidei Pra-}
 rum: em: sine ea ergo vincimur, turpiterque ab ^{zis.}
 hoste fugamur. ^{1.}

Nullum quoque meritum operibus nostris ^{2.}
 attribuitur, quod non procedat à motu aliquo
 supernaturali: atqui motus omnis, gratiæ oculū
 lumenque fidei requirit, vt videat homo quid
 agat, quo fine, qua ratione: sine fide igitur im-
 possibile est quemquam mereri, nedum beati-
 tudinem consequi.

Accedit, quod virtutum operibus beatitudo ^{3.}
 promittatur: fides autem ea est, quæ opera ip-
 sa perficit, vt de caritate loquitur Apostolus.
 In Christo Iesu, ait, neque circumcisio aliquid valet,

Ooo 2 neque

Gal. 5. neque praeputium, sed fides qua per caritatem operatur. Beatitudo ergo aeterna sine usu fidei obtineri non potest.

4. Optima quoque est haec D. Augustini sententia quod fides ex sua etymologia non tantum sensum sonet, sed maxime actionem. eius sunt ista verba: *Credere in Christum fides vocatur.* Dicitur

Serm. 237. de Tempore, qui est 2. Domini ca 19. post Trin. *le est ut male uiuat, qui bene credit. Credite ex toto corde, redite non claudicantes, non haeritantes, non ipsam fidem humanis suspicionibus argumentis labae sonant, cum dicitur fides: prima syllaba est a dicto. Interrogó ergo te utrum credas. Credo. Fac quod dicis, & fides est. Haec Augustinus.*

Fides appellata est ab eo, quia fit quod dicitur. Dicitur labae sonant, cum dicitur fides: prima syllaba est a dicto. Interrogó ergo te utrum credas. Credo. Fac quod dicis, & fides est. Haec Augustinus. Si profecto facimus quod credimus, quam fides nostra erit otiosa.

5. Adde, omnia opera naturalia, si ad finem supernaturalem non referantur, inidonea esse, nonque proportionata vitae aeternae: fides illa est, quae eleuat potentiam, ut ad talem finem opus referatur, fiatque supernaturale ac meritum: ex quo patet, si mereri velimus, necesse esse ut ad omnia fide, tamquam caelesti quodam oculo, utamur. Id autem non tantum verum in rebus naturalibus, sed etiam in quibusdam operibus quae natura sua supernaturalia sunt, quae si naturalibus tantum viribus fiant, naturalia tantum erunt: qualia sunt, loqui linguas, lemosynam largiri, dare corpus suum ita ut deat: eleuari enim mens debet virtute quadam naturam excedente; quae virtus si desideretur non excedet effectus causam suam, nec comple-

uenter finem illum eminentem meriti gratiæ
gloriæ poterit attingere.

Huc facit, quod vbi Deum non intuemur,
ad naturæ soli innitimur, vanitas illico in intē-
tionem nostram irrepit. Mola quædam est ani-
ma nostra; si bonum frumentum non inferas,
erit se, aut quidquid inieceris: similiter, si ratio-
nes in animum operantem inducas diuinas &
æternas, optimam farinam educes, diuinas san-
ctasque operationes: si negligas, quæret se na-
tura & conteret nullo fructu, magno suo dam-
no; aut certe irrepet vanitas, error, aliaque in-
commoda magna; nihil vero utilitatis defluet,
etiam si ab aurora ad vesperum gyret cogitatio-
nem mola.

Quantum ergo vires ferent, danda opera
ut in diuinis agamur impellamurque fidei
amine Non stupidi & insensibiles ad orationē
accedamus, sed præmissis si dei actu, quo nos si-
stimus diuinæ præsentia.

Quoties item fidei aliquis articulus occurrit
vel effigies Saluatoris, B. Virginis, aut aliorum
Sanctorum, eleuata mente, veræ fidei actum e-
liciamus: augetur enim toties fidei habitus, &
aptiores reddimur ad credendum diuina my-
steria, eaque nobis cum voluptate ac fructu de-
inceps repræsentanda.

Idem vsu venire debet quoties actum alicu-
ius virtutis exercemus, ut obedientia: rati non
ab homine, sed à Deo mandatum prodire: in
Superiore Deum ipsum agnoscentes, & inter-
na reuerentia eum obseruantes. Si humilitatis

Ooo 3 exer-

6.
Simile.

In quibus
operibus fi-
de uti o-
porteat.

1.

2.

3.

exercitium occurrat, præcedat fides, et
modum exercendi præscribat. Si desolati
tium querimus, fide cælos conscendamus
Deo postulaturi auxilium. Si fratribus denique
pauperibus inseruiendum, fide illuminemur
hisce omnibus virtutum illarum fines prosequi
quamur.

4.
Surius to.
5. in Octo
bri, folio
771.

212. Utinam & in domesticis, civilibus, ac po-
liticis eam Praxim sequamur! profecto non
sæpe, tam turpiter errarem, si hac luce
tereremur: negotia quoque nostra successum
berent; nam & à Deo dirigerentur, & Deo
illum manifeste appareret. Hedv'igis, Hen-
Ducis Poloniæ vxor sanctissima, cum hic
esset in bello à Conrado Duce Cymensium
armis cum sanguine repetendus foret; illi
Ducem Conradum profecta est: qui ut eam
spexit, perinde ac si Angelum Dei vidisset,
to pauore corripitur, ferocem animum
inflexibilem deponit, inquit concordiam, &
cem Henricum dimittit. Quis, quæso, cum
cum omni eloquentia sua, quod mulier fidei
xa præsidio, consequi potuisset? Rex David
lumine opera sua ac intentiones lustrabat,
(quod maius est) regnum suum eodem admi-
strabat. *Lucerna, ait, pedibus meis verbum tuum
lumen semitis meis.*

Psal. 118.

5. Aberrant grauitè, qui sine hac luce statu-
viræ deligunt, qui testamenta condunt, qui
intentant, qui familias regunt, qui ex suo
cio cuncta administrant, domos ædificant, the-
sauros recondunt, amicitias iungunt, societates
con-

contrahunt: super arenam enim ædificant; flant
inde venti, flumina allidunt; ædificia vero,
quia super firmam petram ædificata non sunt,
ruunt, soloque æquantur, & mortalium spes
inanes concidunt.

Hi sane agunt inconsulto: sed multo magis
irri spirituales, qui, cum desideria cordis sui se-
qui volunt, directoribus suis rationes humanas
obtrudunt, quibus agere ac dirigi cupiunt, non
autem diuini Spiritus aura; cumque à mundi
flatu ac fastu longissime abesse deberent, huius
seculi hominibus volunt conformari, suisque
rationibus regi. Ruunt quoque omnia ædificia
hæc, quia eorum fundamenta non super pe-
tram, sed in arena collocantur. Beatus Ludoui-
cus Francorum Rex, ab aulicis suis rogatus quo-
nam gestorum suorum cognomine vellet infi-
gniri, Victoria, inquit, Possiaca contra diabolū,
dum baptizaret: vt enim prima, ita clarissima
mihi obtigit. In hac sola gloriōsior & triumpho:
ab hac Ludouicus Possiacus denominari volo.
Muris faciebat S. Ludouicus vnicum religio-
nis actum, quam omnes res à se bene gestas;
quibus alioquin homines gloriosum sibi no-
men comparare ac gloriari solent: vnde fre-
quens Possiacum adibat, magnaue animi sui
voluptate in victoriæ huius recondatione ac-
quiescebat.

6.

*Correze-
tus de di-
ctis & fa-
ctis Prin-
cipum
Christia-
norum.*

O mortales intensati, quid in iudicio vestro
insano struitis? ædificate in cælis; eo oculos cõ-
iicite: æterna illic sunt omnia, solida, & immo-
bilia. Deus æternis rationib. in reb. agédis nitit̃,

Ooo 4 quas

Isa 55. Non enim cogitationes mea, cogitationes vestrae: neque via vestra, via mea, dicit Dominus; quia sicut exaltatur caeli à terra, sic exaltata sunt viae mea à viis vestris.

Num. 23. Non enim est Deus quasi homo, ut mutetur: nos vero mutabiles esse necesse est, quia fundamentum mobilibus nitimur; Deus vero æternus statum sua in æternum & in sæculum sæculi: preceptum posuit & non prateribit.

Psal. 148. Fidei Prae-213. Expediit ergo, ut studiosus PERFECTIO- nis, inter prima Negotiationis exercitia, hanc virtutem verferet, ac animum excolat quo utilius spiritualia concipiat atque apprehendat: est enim instrumentum commune, ne quo ceteræ virtutes nec haberi nec exerceri possunt; meritoque dixit S. Paulus, *Sine fide impossibile est placere Deo.* non tantum ubi quis circum se sem hallucinatur, vel Christi fide caret: sed quia nullum opus, quod fide non nitatur, dignum ac meritorium esse possit: crescit vero multiplicatis actibus. lumen illud, & facilitas spiritualia exercendi confert: & quia opus supernaturale est, auget gratiam & caritatem; quo frequentius eo utimur, eo spiritualiores evadimus.

Heb. 11. **C A P. XXXV.**
Spem præclarum instrumentum esse PERFECTIO- nis, ad difficultates magnas superandas, arduas, aggredienda.

Spem necessariam esse ad mag- 214. **I**nter virtutes quibus caritas utitur ad hostes suos expugnandos, ad difficultates super-